Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26045
Copyright: Admont, Benediktinerstift



100

filio. Nos enim cum quando non uidemus sumus aliquid. Quid aliud sumus quando
non uidemus. Non uidentes. Sumus tamen tanquam non uidentes. Et ut uideamus
conuertimur nos ad eum quem uideamus. Et sicut nos non uisio qui non erat quando
nos tamen non eramus. Et enim homo non uidens. Et uidere ipse cum uiderit di
cit homo uidens. Nunquid hoc est illi uidere. quid est hominem. Nam si hoc illi
esset uidere quid est hominem. nunquid esset homo non uidens. Cum ergo homo
non uidens et quiret uidere quod non uidet. et quid quiret et est quis se conuertat ut
uideat. Et cum se bene conuertent et uiderit. erit homo uidens qui
prius erat homo non uidens. Videre igitur accedit illi. Recedit ab illo.
Accedit illi cum se conuertit. recedit ab illo cum se auertit. Nunquid ita filius.
Absit. Nunquam fuit filius non uidens postea factus uidens. Si uidere
patrem hoc est illi esse filium. Nos enim auertendo nos ad peccatum amit
timus illuminationem. et conuertendo nos addimur percipimus illumina
tionem. Aliud est enim lumen quod illuminamur. aliud nos quod illuminamur.
Lumen autem ipsum quod illuminamur. nec auertitur a se nec potest lucere. quia lux
est. Sic igitur demonstrat pater omnia quae facit filio. ut in patre uideat
omnia filius. et in patre sint omnia filius. Videndo enim natus est. et nascen
do uidit. Sed non aliquando non erat natus et postea natus est. sicut non aliquando
uidit. Et postea uidit. Sed in eo quod est illi uidere in eo est illi esse. in eo
est illi natum esse. in eo est illi permanere. in eo est illi non permutari. in eo est
illi sine initio. sine fine persistere. Non igitur carnaliter accipiamus.
quia sedet pater et facit opus. Et demonstrat filio. et uidet filius opus quod
facit pater et facit in alio illud loco aut de alia materia. Omnia enim
per ipsum facta sunt. et sine ipso factum est nichil. Verbum patris est filius.
nichil fecit dns quod non dum in filio. Dicendo enim in filio quod facturus
erat per filium. ipsum filium genuit per quem faceret omnia. Et maiora
hoc demonstrabit ei opera. ut uos miremini. Rursus hic turbat
Et quis est qui digne perscrutet hoc tantum secretum. Sed iam quo nos loqui
dignatus est. ipse aperit. Neque enim uellet dicere quod nollet intelli
gi. quod dicere dignatus est. sine dubio excitauit audientiam. Nunquid
quem excitauit ut audiret excitatum deseret. Diximus ut potuimus
intemporaliter scire filium nec aliud esse filium scientiam. et aliud esse ip
sum filium. Et aliud esse filium uisionem. Et aliud ipsum filium. Sed ipsam uisio
nem esse filium. Et ipsam scientiam et sapientiam patris esse filium. eamque sapi
entiam et eam uisionem aeternam esse ab aeterno eternam coaeternam. nec ibi pretemp